

1

elocutio	Arusianus	Servius
Dedignor illam rem		<i>Aen.</i> 4, 536 MARITOS [...] est autem elocutio 'dedignor illam rem'.
Posco + acc.		<i>Aen.</i> 1, 414 [['poscere' autem nunc 'inquirere', alias 'petere'. et praeponitur magis accusativo casui, dicimus enim 'posco magistrum lectionem', non 'a magistro posco']].

2

elocutio	Arusianus	Servius
Fido + dat.	FIDO HUIC REI (Verg. <i>Aen.</i> 7, 290)	<i>Aen.</i> 5, 800 FAS OMNE EST 'fas te est', hoc est possibile est, 'meis regnis fidere': nam 'fido' dativum tantum regit. <i>Aen.</i> 10, 372 FIDITE NE PEDIBVS dativus est 'pedibus': nam 'fido tibi' dicimus.
Gravis (gravida) illa re	GRAVIS HAC RE (Verg. <i>Aen.</i> 9, 246)	<i>Aen.</i> 4, 229 GRAVIDAM IMPERIIS [...] ideo autem 'gravida' ablativo iungitur, quia etiam 'gravis illa re' dicimus, unde est huius origo sermonis. sic Plautus in <i>Amphitruone</i> <718-719> 'uxor tua non puero, sed peste gravida est' (Plaut. <i>Amph.</i> 718-719 SO. <i>Amphitruo</i> , speravi ego istam tibi parituram filium: / Verum non est puero gravida. AM. Quid igitur? SO. <i>Insania.</i>).
Ministro + dat.	MINISTRAT ILLIS REBUS (Verg. <i>Aen.</i> 10, 218) MINISTRAT ILLAM REM (Verg. <i>Aen.</i> 1, 150)	<i>Aen.</i> 6, 302 VELISQVE MINISTRAT aut 'per vela', et est septimus: aut 'velis obsequitur', et est dativus. <i>Aen.</i> 10, 218 [[VELISQVE MINISTRAT 'velis' quidam dativum volunt, non ablativum, ut si dicamus aliquem ministrare convivis]].

3

elocutio	Arusianus	Servius
Doleo illa re	DOLET ILLA RE (Verg. <i>Aen.</i> 1, 669)	<i>Aen.</i> 1,669 NOSTRO DOLVISTI SAEPE DOLORE 'nostro' aut 'eo quo et ego', aut 'doluisti ideo quia me dolentem vidisti', ut 'doleo illa re'.
Egressus + abl./acc.	EGREDIOR ILLO LOCO (Verg. <i>Aen.</i> 2, 713; Cic. <i>Lig.</i> 4) EGRESSUS ILLAM REM (Sall. <i>hist.</i> frg. 1, 106 M.: gens raro egressa fines suos ; 3, 53 M.)	<i>Aen.</i> 2, 713 VRBE EGRESSIS hic ablativo iunxit, ut Horatius <sat. 1, 5, 1> 'egressum magna me accepit Aricia Roma'. Sallustius accusativo, ut <hist. frg. 1, 106 M.> 'raro egressa fines suos'. ergo utrumque dicimus.
Inhio illam rem	INHIO ILLAM REM (Verg. <i>georg.</i> 2, 463) INHIANI ILLI REI (Verg. <i>Aen.</i> 4, 63-64; Cic. <i>Catil.</i> 3, 19)	<i>georg.</i> 2, 463 INHIANI 'habere desiderant'. et dicimus 'inhio illam rem'.

4

elocutio	Arusianus	Servius
Confido (fido) + dat.		<i>Aen.</i> 1, 452 CONFIDERE <et> 'fido' et 'confido' dativum regit, ut < <i>Aen.</i> 9, 378> 'et fidere nocti'. sane optima figura est quae numquam a principalitate discedit, ut < <i>ecl.</i> 2, 29> 'atque humiles habitare casas' accusativo iunxit, quia 'habeo domum' dicimus, unde est 'habito' frequentativum.
Habito illam rem/in illa re (habeo illam rem)	HABITO ILLAM REM (Verg. <i>ecl.</i> 2, 29) HABITO ILLA RE (Verg. <i>Aen.</i> 3, 110) HABITANTUR ILLIS ILLA LOCA (Verg. <i>Aen.</i> 3, 398)	<i>ecl.</i> 2, 28 TIBI SORDIDA RVRA [...] sane melius 'habito illam rem', quam 'habito in illa re' dicimus; nam etiam principalitas verbi huius frequentativi accusativum regit, ut 'habeo illam rem': inde fit 'habito illam rem', non 'in illa re', ut < <i>ecl.</i> 2, 29> 'habitare casas'.

5

elocutio	Arusianus	Servius
Vescor illa re		<i>Aen.</i> 1, 546 SI VESCITVR AVRA 'vescor illa re', ut alibi < <i>Aen.</i> 8, 182-183> 'vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus perpetui tergo bovis et lustralibus extis'. nec nos decipiat quod dicit Plinius , ut elocutiones ex similibus formemus; nam ecce 'comedo illam rem' dicimus, nec tamen 'vescor illam rem'. et ipse enim dicit non usquequaque hoc esse faciendum.

6

elocutio	Arusianus	Servius
Implico + dat./abl.		<i>Aen.</i> 11, 109 INPLICVIT [[id est]] involvit invitos. [['bello' autem incertum dativus an ablativus]].
Laetus (laetissimus) + abl./gen.	LAETUS HAC RE (Verg. <i>Aen.</i> 6, 786) LAETUS HUIUS REI (Verg. <i>Aen.</i> 11, 73; Sall. <i>hist.</i> 2, 83 M.)	<i>Aen.</i> 1, 441 LAETISSIMVS VMBRA aut septimus est, aut secundum Probum genetivus, ut sit 'laetissimus umbrae', sicut Sallustius < <i>hist.</i> 2, 83 M.> 'frugum pabulique laetus ager'. <i>Aen.</i> 11, 73 LAETA LABORVM figura est 'laetus illius rei'; nam modo dicimus 'laetus labore', 'laetus ingenio'.

7

elocutio	Arusianus	Servius
Obliviscor + gen./acc.	OBLIVISCOR HANC REM (Verg. <i>Aen.</i> 2, 148; Cic. <i>Cael.</i> 50) OBLIVISCOR HUIUS REI (Cic. <i>Catil.</i> 1, 6)	<i>Aen.</i> 1, 203 MEMINISSE 'memini' et genetivum regit et accusativum; dicimus enim et 'memini malorum' et 'memini mala': et iusta ratione; nam memoriae oblivio contraria est et 'obliviscor' similiter et genetivum regit et accusativum, ut <Cic. <i>Catil.</i> 1, 6> 'obliviscere caedis atque incendiorum' et <Cic. <i>Cael.</i> 50> 'obliviscor (iam <i>om. Arus. et Serv.</i>) iniurias tuas Clodia'. [sic Tullius Cicero].
Potior illa re/illius rei	POTITUR HUIUS REI (Cic. <i>Catil.</i> 2, 19; Sall. <i>Iug.</i> 25, 10 ut priusquam legatos convenire Adherbalis poteretur [Di Stefano]) POTITUR HANC REM (Sall. <i>hist. inc.</i> 32 M.; Ter. <i>Ad.</i> 871; 876)	<i>Aen.</i> 3, 278 TELLVRE POTITI 'potior' et 'illa re' dicimus et 'illius rei': sed per septimum [[casum]] in usu est, per genetivum figurate ponitur. Sallustius < <i>Iug.</i> 25, 10> 'ut prius quam legatos conveniret Adherbalis potiretur'. legimus et per accusativum, sed uti non possumus: Terentius < <i>Ad.</i> 871> 'patria potitur commoda'.

8

elocutio	Arusianus	Servius
Indignus illa re/illius rei	INDIGNUS HAC RE (Sall. <i>hist.</i> 1, 77 M.) INDIGNUS HUIUS REI (Verg. <i>Aen.</i> 12, 649)	<i>Aen.</i> 12, 649 INDIGNVS AVORVM Graeca figura: nam nos 'indignus illa re' dicimus, contra Graeci 'ἀνάξιος στεφάνου', id est 'indignus coronae'.
Laetus + abl./gen.	LAETUS HUIUS REI (Verg. <i>Aen.</i> 11, 73; Sall. <i>hist.</i> 2, 83 M.)	<i>Aen.</i> 11, 73 LAETA LABORVM figura est 'laetus illius rei'; nam modo dicimus 'laetus labore', 'laetus ingenio'.
Simillimus + dat. (pro gen.)	SIMILIS ILLI FACIEM (Verg. <i>georg.</i> 2, 131)	<i>Aen.</i> 2, 794 SIMILLIMA SOMNO sic Cicero < <i>Marcell.</i> 8> 'simillimum deo iudico'. nam genetivo debuit iungi. <i>georg.</i> 2, 131 FACIEMQVE SIMILLIMA LAVRO figura Ciceronis, qui ait in Caesarianis < <i>Marcell.</i> 8> 'sed simillimum deo iudico'.

Aen. 5, 233 PALMAS VTRASQVE diximus supra <1, 93> antiquum hoc esse. **Carminius** tamen dicit, **qui de elocutionibus scripsit**, per naturam vitiosam esse hanc elocutionem, et sive 'utramque palmam', sive 'utrasque palmas' dixerimus, esse in aliquo usurpationem.

Aen. 7, 445 EXARSIT IN IRAS communis sermo habet 'ardeo illa re', sed figuratius 'ardeo in illam rem' dicimus: et est specialis Cornelii (**Carminii Schmidt**) elocutio (locutio F).

Cf. et est [...] elocutio usualis (*Aen.* 1, 257); figura Ciceronis, qui ait [...] (*georg.* 2, 131); crebra Frontonis elocutio (*Aen.* 7, 30); ornatior elocutio et crebra apud maiores (*Aen.* 12, 197).

10 Medeor, medicor, modulator, moderor?

elocutio	Arusianus	Servius
Medeor illi rei/illam rem (figuratum)	MEDEOR ILLIS REBUS (Cic. <i>S. Rosc.</i> 154) MEDEOR ILLAS RES (Ter. <i>Phorm.</i> 821-822)	<i>georg.</i> 1, 193 'medicare' antique [...]. sane 'medicor' accusativum regit, ut 'medicor illam rem', 'medeor' vero 'illi rei' dicimus: nam 'medeor illam rem' figuratum est.
Medico(r) illam rem/illi rei	MEDICOR ILLI REI (Verg. <i>georg.</i> 2, 135; Ter. <i>Andr.</i> 831) MEDICOR ILLAM REM (Verg. <i>Aen.</i> 7, 756-757)	<i>Aen.</i> 7, 756 MEDICARI CVSPIDIS ICTVM 'medicor illam rem' et 'illi rei', sicut ' modulator ' <i>georg.</i> 1, 193 'medicare' antique: nam maiores 'medico' et 'medicor' dicebant [...]. sane 'medicor' accusativum regit, ut 'medicor illam rem', 'medeor' vero 'illi rei' dicimus: nam 'medeor illam rem' figuratum est.
Modulator? Moderor?	MODEROR ILLIS (Sall. <i>Catil.</i> 51, 25)	<i>Aen.</i> 7, 756 MEDICARI CVSPIDIS ICTVM 'medicor illam rem' et 'illi rei', sicut ' modulator '. modulator <i>libri</i> . et moderor et comitor <i>add. D</i> ; cf. Prisc. <i>GL</i> III 273, 2-19 'medeor tibi', 'medicor tibi' ... 'moderor tibi' et 'te')

Riferimenti bibliografici

- Baratin Marc (1989), *La naissance de la Syntaxe à Rome*, Paris.
- Bouquet Monique, Méniel Bruno, Ramires Giuseppe edd. (2011). *Servius et sa réception de l'Antiquité à la Renaissance*, Rennes.
- Brugnoli Giorgio (1985), s. v. *Donato Elio*, in *Enciclopedia virgiliana*, II, Roma, 125-127.
- Brugnoli Giorgio (1988), s. v. *Servio*, in *Enciclopedia virgiliana*, IV, Roma, 805-813.
- Casali Sergio, Stok Fabio edd. (2008), *Servio: stratificazioni esegetiche e modelli culturali = Servius : exegetical stratifications and cultural models*. Bruxelles.
- Conduché Cécile (2016), *Terentianus Maurus dans les commentaires de Servius sur Virgile*, in Garcea Alessandro, Lhommé Marie-Karine, Vallat Daniel edd., *Fragments d'érudition*, 31-51.
- Di Stefano Anita ed. (2011), *Arusiani Messi Exempla elocutionum*, Introd., testo critico e note a c. di A. D. S., Hildesheim.
- Foster Frances (2017), *Teaching language through Virgil in late antiquity*, «Classical Quarterly», N. S., 67(1), 270-283.
- Garcea Alessandro, Lhommé Marie-Karine, Vallat Daniel edd. (2016), *Fragments d'érudition. Servius et le savoir antique*, Hildesheim-Zürich-New York.
- Geymonat Mario (1984), s. v. *Carminio (Carminius)*, in *Enciclopedia virgiliana*, I, Roma, 671.
- Guillaumin Jean-Yves ed. (2019), *Servius, Commentaire sur l'Énéide de Virgile. Livre IV*, Paris.
- Jeunet-Mancy Emmanuelle ed. (2012), *Servius, Commentaire sur l'Énéide de Virgile. Livre VI*, Paris.
- Kirchner Ioannes (1875/1876), *De Servii auctoribus grammaticis, quos ipse laudavit*, «Jahrb. f. cl. Phil.» Suppl. 8 H. 3, 467-533.
- Lämmerhirt Gustav (1890), *De priscorum scriptorum locis a Servio allatis*, Commentationes Philologicae Ienenses 4, Leipzig.
- Magallón García Ana Isabel (2003), *Las elocuciones de Servio y Arusiano*, «Cuadernos de Filología Clásica Estudios Latinos» 23, 359-380.
- Magallón García Ana Isabel (2011), *Terminología, reflexiones y concepto de la regencia verbal desde Donato hasta Servio*, «Myrtia» 26, 43-81.
- Magallón García Ana Isabel (2013), *El gramático Pompeyo y el legado sintáctico de Servio*, «L'Antiquité Classique» 82, 69-90.
- Maltby Robert (2016), *Discussion of Diachronic Linguistic Change in Servius' Virgil Commentaries*, in Garcea Alessandro, Lhommé Marie-Karine, Vallat Daniel edd., *Fragments d'érudition*, 115-169.
- Murgia Charles E. ed. (2018), *Serviani in Vergili Aeneidos libros IX-XII commentarii*, Completed and Prepared for Publication by Robert A. Kaster.
- Pugliarello Mariarosaria (2003), *La sintassi di Arusiano Messio*, in Swiggers Pierre, Wouters Alfons edd., *Syntax in Antiquity*, Louvain-Paris, 241-253.
- Ramires Giuseppe ed. (1996), *Servio, Commento al libro IX dell'Eneide di Virgilio*, Bologna.
- Ramires Giuseppe ed. (2003), *Servio. Commento al libro VII dell'Eneide di Virgilio. Con le aggiunte del cosiddetto Servio Danielino*. Introduzione, bibliografia, edizione critica a cura di G. R., Bologna.
- Ramires Giuseppe (2014), *Il punto sull'edizione del Commento di Servio a Virgilio: osservazioni su Serv. Ad Aen. VI e l'edizione di E. Jeunet-Mancy*, in Longobardi Concetta, Nicolas Christian, Squillante Saccone Marisa edd., «Scholae discimus»: *pratiques scolaires dans l'antiquité tardive et le haut Moyen Âge*, Paris, 131-138.

Timpanaro Sebastiano (1986), *Per la storia della filologia virgiliana antica*, Roma.

Timpanaro Sebastiano (1998), s. v. *Servio* in *Enciclopedia oraziana*, III, 66-72.

Schmidt Peter L. (1989), *Carminius*, in *Handbuch d. Lat. Lit.* V, § 523.3, 131-132.

Uhl Anne (1998), *Servius als Sprachlehrer: zur Sprachrichtigkeit in der exegetischen Praxis des spätantiken Grammatikerunterrichts*, Göttingen.

Uría Javier (2017), *Septimus casus: the history of a misunderstanding from Varro to the late Latin grammarians*, «*Journal of Latin Linguistics*» 16, 239-266.

Vallat Daniel (2011), *Quelle grammaire dans le Servius de Daniel ? L'exemple du chant 1 de l'énéide*, «*Eruditio Antiqua*» 3, 101-129.

Vallat Daniel (2016), *Les métamorphoses d'un commentaire : « Servius » et Virgile*, «*Rursus*» 9 (non pag.).